



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Basiliscvs M. 22. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. BASILISCVS M. 22. Maii.

Atuit subinde etiam sub militari
sago magna virtus, & castra thea-
trum præbuere Christianæ sanctitati.
Nunc BASILISCVM inde producimus
plurimum palmarum militem, quem af-
flictum mœrore ferunt, quod acceptis
pro Maximiano impio Cæsare vulneri-
bus, guttam sanguinis pro Christo nul-
lam fudisset; cum tamen Theodorum
martyrem proximâ necessitudine con-
tingeret, cuius pro fide prælia convitiū
sue ignavia facerent, utique, si virtuti
sue Christus confideret, ejus experi-
mentum pridem capturum fuisse. Raro
ita cum Superis exoptulatum est; neq;
sustinuit cæli Imperator tam pia militis
sui desideria perire; ultro eum allocu-
tione dignatus, memorem esse voti sui
iussit, & dignos tantâ sensione ani-
mos afferre in imminentem pugnam;
cujus ei copiam Agrippa impius Prætor
fecit, qui ferro soleatum, clavis plan-
tam penetrantibus, cursu nihilominus
æquare citatâ quadrigam cœgit. Sub-
inde à Trajanâ hospitio acceptus aridæ
arbori, sub quâ recubuerat, vitam red-
didit frondesque; credo ne capiti co-
ronæ deessent: fons etiam ad pedes
martyris scaturiit, hanc vicem reddente
terrâ, cum sanguinem ejus bibisset: eo
prodigio non sitis tantum comitū ejus,

T

fed

sed perfidia etiam extincta est. Paulo post etiam alteri elemento imperavit, devocatoque de celo igne, Decorum delubrum exussit: ipse capite imminutus, & in proximum flumen sparsus, maximo & ultimo miraculo nihilominus ad beatitatis littus enatavit. *Ex Menais.*

S, BOBO CONF. 23. Maii.

Quo tempore Mauri Hispaniam potiti, Galliam etiam Narbonensem mali vicini terrebant, fuit BOBO noster patriæ suæ propugnaculi instar, homo nobilis cætera & militaris, sed qui sub fago tegere sciret virtutem, raram inter milites armaturam. Fortè hostis Fraxinetum insulam infederat, & crebris inde excursionibus multum rem Christianam vexabat. Hic BOBO ducibus Apostolorum Petro ac Paulo spolia optima vover, arma non hostis, sed suæ positurum se ista, nec Ducem jam militum, sed pupillorum patronum fore. Ad hæc gratum se quotannis Romam iturum, & liminibus victricibus osculam laturum. Annuere Divi, & per quietem vis ammos addiderunt BOBONI; ille mox militibus, quibuscum per medios hostium euneos arcem ingressus, non modo obsidione hanc liberavit, sed barbarum regem insulam exiit, itaque terrorem à Gallia longè amovit. Et hic triumphus BOBONIS de hostibus fuit, alter